

Papsturkunden in Frankreich. Band 5: Touraine, Anjou, Maine und Bretagne., Nr. 155

Alexander episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis abbatii et fratribus sancti Nicolai Andegauensis salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium etc. Eapropter dilecti in domino filii, uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu capellam Genestolii cum decimis, oblationibus et aliis pertinentiis suis, quemadmodum eam rationabiliter possidetis, uobis et ecclesiae uestrae auctoritate apostolica confirmamus et praesentis scripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum etc. Si quis autem etc. Dat. Anagniae septimo idus aprilis.